

De Sancta trinitate

fluis et sic non potest esse plures. et perfecti vel unus haberet omnes perfectiones alter
 homo non. et sic unus esset imperfectus. quod absurdum est dicere. Item Aristo.
 Non valet pluralitas principium sit. sed unus princeps. Pro terminis
 nota sidera est nomen neutri generis a verbo sidere. Item mare dicitur quasi
 amarum. quia indolcorari non potest. quia quae aquae dulces veniunt ad mare. tunc
 mutantur in salum. et per radios solares evaporantur. Item arua est nomen neutri generis.
 et fecit terram fructuosam sed dicitur est principium a verbo odorari quod fecit cre
 are. Item abyssus est nomen feminini generis. et dicitur ab alio quod est sine et byssus clarus
 quasi sine claritate. Sed infima est superlativus huius quod est infra. Sed sa
 teor est verbum deponens. scilicet coniugationis. et sumit hic in bona conjugatione.
 et fecit aliquid expressit dicere. sed modulor aris est verbum deponens. et fecit can
 tare. Item organica est nomen abstractum a nomine organum. Item lites
 tera dicitur Eya et eya. per hoc vult quod non solum ore deum laudare debemus.
 sed etiam corde. et eya est adverbium hortandi. Item altitronus est no
 men adiectivum propositum ex obliquo et recto. Tunc ibi. O veneranda et.

¶ Tercia et ultima ps
 huius psalmi. in qua au. facit
 exclamatio cum directioe
 petitionis ad ipsam indi
 viduam essentiam unita
 tis dicens O veneranda
 trinitas. scilicet in personis. (O
 adoranda unitas) scilicet in
 essentia (O tu eternitas)
 nos sumus per te creati
 (O summa charitas nos
 sumus) per te redempti
 Deinde supplicat sancte tri
 nitati dei. O sancta trinitas

O veneranda trinitas. O adoranda
 unitas. Per te sumus creati vera eter
 nitas: Per te sumus redempti summa
 tu charitas. Populum cunctum tu p
 tege salva libera eripe et emunda: Te
 adoramus omnipotens tibi canimus ti
 bi laus et gloria per infinita secula se
 culorum

(tu prege). id est defende (salva libera et emunda) cunctum populum Et tunc
 refert gloriam trinitati dei. (Omnipotens deus) nos adoramus te nos tibi
 canimus (tibi). scilicet sit laus et gloria (per infinita secula seculorum). id est eterna
 liter. ¶ Notandum ex littera principaliter habentur duo. et hoc sufficit
 Primum quod sumus creati per veram eternitatem. que est individua trinitas
 que est coeterna unitati. ut patuit ex prehabitis. Secundum est quod sumus redē
 pti ab eterna morte charitate divina. de qua dicit Iohannis. xv. Maiorē chari
 tatem nemo habet quam ut animam suam ponat pro amicis suis. Item Ioh.
 iij. Sic deus dilexit mundum. ut filium suum unigenitum daret pro mundo
 Item Hiero. Magna est dilectio dare res. maior exsoluere corpus. per pi
 culo. maxima sustinere mortem pro amico Item littera dicit eternitas unius
 eternitas divinitatis est triplex. scilicet eternitas potentie. quia ibi est eadem pote
 tia in tribus personis. ut patuit. Secunda est eternitas durationis. quia ille tres
 persone eque durant. tam a parte ante quam a parte post. quia filius dicitur sapi
 entia patris. sed deus pater nunquam fuit sine sapientia. sed nunquam fuit sine filio
 Tercia eternitas fuit perfectionis. quia ille tres persone habent eque perfectissi
 mam essentiam. in qua essentia non est aliud filij. nec aliud patris etc. bene